DE CONTINUATORE PROSPERI A. 641 HAVNIENSI.

DISSERTATIO

INAUGURALIS HISTORICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE

FRIDERICA GUILELMA

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

DIE XXIII M. MARTII A. MDCCCLXVI

H. L. Q. S.

PUBLICE DEFENDET AUCTOR

GEORG HILLE

MARCHICUS.

ADVERSARIORUM PARTES SUSCIPIENT:

FRANCISCUS GESSLER, STUD. PHIL.
CAROLUS BARDT, STUD. PHIL.
ALFREDUS DE SALLET, DR. PHIL.

BEROLINI

CUM TYPIS CAROLI SCHULTZE.

I. De Continuatoris Prosperi a. 641 codice et fontibus.

Anno 1836 Waitzius, quum Havniae bibliothecas perscrutaretur, codicem [1]) membranaceum undecimo saeculo scriptum invenit continentem chronica Hieronymi et Prosperi ejusque Continuatorem adhuc ignotum, qui scripsit in Italia tricesimo anno Heraclii, i. e. 641 erae Dion. De quo primus Waitzius in mon. Germ. Archiv. VII pauca dixit, deinde accuratius disseruit anno 1865 [2]) ostendens eum ex eodem fonte descendere, quo usum esse et Chronographum anni 495 et Anonymum Valesianum aliosque et chronographos et scriptores in scribenda hujus temporis historia versantes, primus Mommsenus docuit [3]).

Ego autem, quum per aliquod tempus in rerum per quintum et sextum saeculum gestarum auctores inquisivissem, aegre ferens uno eorum neque spernendo, licet inventus esse annis abhinc triginta, adhuc carere et me et alios Havniam profectus codicem a Waitzio inventum descripsi. — De cujus codicis forma et historia Waitzius in archiv. VII p. 251 haec dicit: No. 454 fol. der alten Königl. Sammlung in Kopenhagen, Handschrift des 11. Jahrhunderts, früher in Besitz Lindenbrogs, scheint der Theil eines grösseren Codex gewesen zu sein, da von alter Hand auf dem zweiten Blatte u. ff. die Signatur 247 etc. sich findet. Am Rande der unteren Seite steht Gesta salvatoris cum chronicis. Der Band enthält die Chronik des Hieronymus. die des Prosper und eine Fortsetzung bis zum 30. Jahr des Heraclius. Diese ist abgeschrie-

1) Königl. Bibliothek. Aeltere Sammlung No. 454 Gesta Salvatoris cum chronicis ab initio mundi usque ad mortem Agilulfi.

2) Nachrichten von der Kön. Ges. d. Wiss. zu Gött. 1865 No. 4.

3) Abh. der Kön. Sächs. Ges. d. Wiss. II.

ben, und der Text, der nicht frei von Fehlern war, mit ziemlicher Sicherheit hergestellt. — Quibus id addendum videtur, in primae paginae imo margine verba quaedam exstare erasa et mala tinctura ita oblitterata, ut medicina adhibita nihil dignosci potuerit nisi ab initio haec tria verba: *Iste liber ex.* Unde suspicio oritur, hoc libro ex aliquo monasterio aut bibliotheca quadam sublato illa verba furti celandi causa erasa esse. — Nunc libet disserere de Continuatoris Prosperi fontibus atque auctoritate historica. —

Quoniam autem Hieronymi et Prosperi chronica non solum descripsit Continuator sed etiam ,,de suo pauca iis adjunxit", illi quoque non plane sunt praetermittendi: accedit, quod, qua ratione usus est Continuator Hieronymo et Prospero, eadem usus sit necesse est auctore auctoribusve deperditis in scribenda continuatione. Hieronymum, quum tempus mihi deesset, ipse accuratius non inspexi, sed ea referam, quae Christianus Weeke Havniensis humanissime mecum communicavit: textum Hieronymi interpolatum esse ex chronicis Isidori Hispalensis; recensionem conspirare maxime cum libro Caesenatensi apud Roncallium adhibito, librarium non intellexisse, quae scripsisset, magnam enim esse ejus neglegentiam atque multos errores, simili autem ejusdemque temporis manu correctos esse eademque manu multa addita in margine.

Quae ita esse ipse quoque vidi; etenim multa inesse in Havniensi illo Hieronymo Isidori vel ex principio optime intellegitur verbotenus inde desumpto:

Cont. Hieron.	Isid. Hisp. chron. 1.
Principio dominus caelum terramque creavit, sex diebus rerum creaturam deus formavit. Primo die condidit lucem: secundo firmamentum caeli: tertio speciem maris et terre: quarto sidera: quinto pisces et volucres: sexto bestias atque jumenta: novissime ad similitudinem suam hominem primum Adam. Adam cum esset annorum s. s.	Rerum omnium creaturas sex diebus Deus formavit. Primo die condidit lucem: secundo firmamentum caeli: tertio speciem maris et terrae: quarto sidera: quinto pisces et volucres: sexto bestias atque jumenta: novissime ad similitudinem suam primum hominem Adam. Adam annorum s. s.

Prosperum ipse contuli. Omnia desunt apud Roncallium litteris obliquis impressa, de quibus Roncallius dicit in Prosp. p. 635. ann. 6:

'quae hic et in posterum Italico charactere subscribuntur, desunt in Parm. ms. apud Lab. et Duch. at Basn. uncinis includit.' — Ubi discedit codex a Roncallio, plerumque conspirat cum ms. Caes. et Parm. atque Scaligero et Duchesnio. Sed missis his, quae non sunt magni momenti, jam componemus, quae ad Prosperum aliunde addidit Continuator.

312. Archadio II et Rufino consulibus (in textu) :Per idem tempus capud Iohannis baptiste Constantinopoli est perductum et in VII miliario civitatis humatum: gentium quoque templa per totum orbem jubente Theudosio eodem tempore subvertuntur: nam adhuc intemerata licet neclecta [1]). In margine scriptum est: *hoc isydorus* et eisdem idem verbis legitur in Isidori chronico 105.

396. Archadio IV et Honorio III cons. (in margine) :Gothi cum totius robore exercitus Alarice duce Alpes Julias transgressi in Italiam ruunt X Kal. Sept. qui cum per biennium Italiam vastarent et apud Pollentiam Liguriae resident, contractis exercitibus adversus eos pugna initur, sed, cum utriusque exercitus multa clades existeret, nox finem dedit.

405. Stilicone et Anathemio cons. (in textu) :apud Florentiam urbem ante portas X k. Sept. (In margine [2]) :anno V Stilicone et Artemio consulibus post Alarici introitum sequitur alius exercitus Gottorum et rege Radagaiso Italiam ingressi Italiam vastat, contra quem anno sequenti Stilico cum exercitu et robore militum apud Florentiam Tustcorum urbem occurrit commissoque proelio Radagaisus victus et captus est et ante portas civitatis capite truncatus. Archadio et Probo consulibus. Wandali rege Gundico transito Reno totam Galliam crudeli persecutione vastant collectis et in comitatu Alanis gentem moribus et ferocitate equalem Arcadio et Probo pridie kl. Januarii.

408. Basso et Philippo cons. (in textu) :Eodemque anno per

1) *add.* manebant. 2) Haec in margine ad annum 407 scripta sunt.

dies VII Romae in foro pacis terra mugitum dedit [1]) significans captivitatis exitium, quem post biennium experta persolvit. Multi nobilium apud Ticinium interfecti et apud Ravennam Stilico interfectus in XI k. Sept.

413. Lucio v. c. cons. (in textu) :capita eorum Ravenna perlata simulque frater eorum Salustius occiditur.

427. Hierio et Ardabure coss. (in textu) :Hoc eciam tempore diabolus Moysi in specie Iudaeis in Creta apparens, dum eos per mare pede sicco ad terram promissionis promittit perducere, plurimis eorum fluctibus diversis [2]) atque enecatis reliqui, qui salvi facti sunt, confestim ad Christi gratiam conversi confugerunt. In margine scriptum est: *hoc Isydorus dicit* et eisdem idem verbis legitur in Isidori chronico 109.

432. Aetio et Valerio (in margine) :pugna facta inter Aetium et Bonifatium in V de Arimino.

Ad ceteros quoque annos fere omnes adjuncta sunt pauca Prospero de Francis maxime et Gothis ex Isidoro sumpta. Nobis ea solum omittenda non sunt, quae dicuntur de pugna in campis Catalaunicis facta ad annum 451 in textu :pugnatumque est in quinto miliario de Trecas loco nuncupato Maurica in Campania. —

452 in margine :Aquileja et Mediolanum et nonnullae aliae urbes ab Attilane subversae.

453 in textu :Thorismotus rex Gothorum post mortem patris Alanos bello perdomuit.

454 in textu :Aetius inter palatis penetralia crudeliter interfectus est Romae XI k. Oct.

Quae quidem omnia additamenta exceptis iis, quae ex Isidoro sumpta esse constat, ex primo Chronographi a. 495 et Anonymi Valesiani fonte, quem brevioris nominis causa Anonymum Ravennatem I nomino, hausta esse ex temporibus atque locis accurate significatis satis apparet. Accedit, quod scribendi ratio eadem est et additamentis s. s. et Chronographo a. 495. Praeterea ea, quae eadem ratione auctore

1) conf. Marcellinus Comes Basso et Philippo cons.

2) demersis.

Anonymo Rav. I a Marcellino Comite referuntur [1]), Continuatorem quoque Prosperi ex eodem fonte sumpsisse negare non possumus. Marcellino autem fontem esse Anonymum Rav. I Mommsenus proposuit in scholis. Contra Pallmann [2]) Anonymo fontem esse Marcellinum dicit. Mommsenum autem recte judicasse novissime anno anteacto Waitzius l. l. accuratius disserens de ratione, quae intercederet inter Chronographum a. 495 aliosque hujus temporis scriptores, luculenter demonstravit. Etiam Pallmann accuratius contemplatus nunquam Maximiani „chronicantis" causa Chronographum a. 495 medio sexti saeculi attribuisset. Hic enim antiquiorem se prodit non solum temporum atque locorum accurata notitia sed etiam eo, quod unumquemque, quem putat legitimum, regem nominat Dominum Nostrum, qui titulus mea quidem sententia non convenit nisi vivo. [3]) Expositis iis, quae aliunde adjunxerit Continuator Prospero, simulque fontibus, quibus usus sit, Isidoro Hispalensi et Anonymo Rav. I, cognitis restat, ut videamus, quam fidem habeant Continuatoris additamenta. Quoniam autem idem quaerendum erit de ipsa Continuatione, melius mihi videtur esse, nunc quidem omissā quaestione illa ad ipsam Continuationem transire.

Continuatio Prosperi dividenda est in duas partes, quarum prior usque ad consulatum Maximi a. 523 singulorum annorum consules exhibet, altera omissis consulibus atque accurata temporum descriptione bella Gothorum cum Romanis gesta, Langobardorum ingressum in Italiam et res ab iis in Italia gestas usque ad tricesimum Heraclii annum intermixtis paparum et imperatorum annis regni memoriae tradit. In priore parte continuationis, quod jam Waitzius l. l. dixit, desunt anni 458—474, contra anni 474—489 post annum 489 repetuntur in textu, atque tertium in margine leguntur anni 475—480 accuratius sed manu non facile legenda scripti. — Fontes facile distinguuntur quattuor: Primum usque ad annum 493 exceptis parte anni 475 et anno 492 omnia sumpta esse ex Anonymo Rav. I ostendit Waitzius l. l. idque facile intellegitur ex magna similitudine et rerum et verborum inter Continuatorem et Chronographum a. 495. Cujus ex continua-

1) Conf. a. 408.

2) Pallmann Geschichte der Völkerwanderung II 196 sequ.

3) Cassiodorus quoque in chronico neminem Dominum appellat nisi Theodericum et Eutharicum Cillicam.

tione quadam, quam exstitisse Chronographus quoque ostendit, sumpsit Continuator, quod dicit ad annos 504 et 514 de morte Odomi et Petiae comitum.

Secundus fons est Isidorus Hispalensis, cujus chronicon §. 112 verbotenus exscripsit Continuator ad annum 475 in primo et tertio capite a verbis: *Zenon Augustus filium — ad tempus Iustiniani vixit,* atque §. 113 ad annum 492, quo agitur de Vandalorum regno Arrianisque episcopis Africanis Olympio et Barbo. Idem Victor quoque Tunnunensis episcopus exhibet, eumque exscripsisse videtur Isidorus, neque tamen Continuator hausit ex Victore, sed Isidorum potius adhibuit. Deinde, quae narrat anno 518 p. c. iterum Agapito de Hilderico Vandalo, exscripsit Continuator verbotenus ex Isidori chronico 114; quae de Belisarii triumpho de Vandalis atque de corpore S. Antonii, ex Isidori chronico 115; quae de Narse Langobardos ad Italiam occupandam invitante et quae de Leouigildo Gothorum rege, verbotenus ex Isidori chronico 116; quae de Ermenegildo Gothorum rege, ex Isidori chronico 117; quae de Suebis Gothis subjectis et de Reccaredo Gothorum rege et de Avaris contra Romanos dimicantibus, ex Isidori chronico 118; quae de Foca imperatore atque de Prasinorum et Venetorum bello civili, ex Isidori chronico 119.

De imperatorum quoque nominibus et annis regni Continuator et Isidorus inter se consentiunt. — Videmus igitur Chronographum anni 641 Havniensem, quem Continuatorem Prosperi nominavimus, praeter Hieronymum et Prosperum praecipue usum esse Anonymo Rav. I et Isidoro Hispalensi. — Supersunt autem ea, quae dicuntur de papis atque de Langobardis ex parte abhorrentia ab iis, quae ceteri scriptores memoriae tradiderunt. —

Papae omnes ab anno 485, quo Simplicium mortuum esse Continuator dicit, usque ad annum 618, quo mortuus est papa Deusdedit, ceteris rebus permixti enumerantur cum suis quisque regni annis, mensibus, diebus. Quos ex catalogo quodam pontificum, quorum quem habemus antiquissimum anni est 354, sumptos esse negari non potest. Etenim omnium paparum mortes tribuuntur annis falsis, Felicis anno 502 pro 492, Gelasii 507 pro 496 et sic deinceps. Quoniam antem nullus catalogus invenitur neque apud Bianchinium neque apud Vignolium neque in Philippi Jaffé regestis pontificum, qui non abhorreat ab eo,

quo Continuator Prosp. usus est, novum nobis praebet catalogum pontificum hunc:

Simplicius † 485, quem regnasse ecclesiam 468—483 Jaffé dicit

Felix III	= 17 annos	11 menses	17 dies	
Gelasius I	= 4 „	8 „	18 „	
Anastasius II	= 1 „	11 „	24 „	
Symmachus	= 15 „	7 „	17 „	
Hormista	= 19 „	— „	7 „	
Ioannes I	= 2 „	9 „	16 „	
Felix IV	= 4 „	2 „	14 „	
Bonifacius II	= 2 „	— „	26 „	
Ioannes II	= 2 „	4 „	6 „	
Agapitus	= 11 „	— „	18 „	
Severus(Silv.)	= 1 „	5 „	11 „	
Vigilius	= 17 „	6 „	26 „	
Pelagius I	= 4 „	5 „	9 „	
Ioannes III	= 12 „	11 „	27 „	
Benedictus I	= 4 „	1 „	28 „	
Pelagius II	= 10 „	2 „	10 „	
Gregorius I	= 13 „	6 „	10 „	
Sauinianus	= 1 „	5 „	9 „	
Bonifacius III	= — „	9 „	22 „	
Bonifacius IV	= 6 „	9 „	13 „	
Deusdedit	= 3 „	— „	20 „	

Inter ea, quae pertinent ad pontifices, restat, ut pauca disseramus de iis, quae Continuator Prosp. protulit de Gregorio Magno minime consentiens cum ceteris scriptoribus, scilicet cum Agilulfus Langobardorum rex Romam obpugnans sibi ad gradus basilicae beati Petri apostolorum principis occurrentem reperisset Gregorium, ejus precibus fractum et sapientia atque religionis gravitate tanti viri permotum ab urbis obsidione abscessisse. Agitur quidem hic non solum de pontifice sed etiam de Langobardorum rege celeberrimo, ut haec spectent quodammodo ad quartum Continuatoris fontem vel potius partem; etenim res Langobardicae utrum ex uno fonte an ex pluribus sumptae sint, non satis apparet.

Id unum contendi potest, quod jam Bethmann in Archiv. X p. 380 dixit, similitudinem verborum interdum magnam Continuatoris et Pauli

Diaconi significare eundem fontem utrique fuisse. Esse autem fontem rerum Langobardicarum Continuatori, certe ubi consentit ita cum Paulo, Secundum Tridentinum recte intellexit Bethmannus. — Sed quae de Gregorii et Agilulfi congressione referuntur, a Secundo Tridentino relata esse non possunt: etenim Paulus nunquam silentio praetermisisset, si apud Secundum legisset celeberrimi Langobardorum regis, Theudelindae reginae mariti, triumphum illustrantem simul et Agilulfi virtutem pietatemque et Gregorii auctoritatem et sapientiam, qualem post Attilam orbis et urbis terrorem, cui Leo quondam urbis salutem deprecatus occurrerat, nemo reportaverat. Pauli [1]) autem relationem ipsius Gregorii epistolis [2]) confirmatam veram esse negari non potest. Sed unde sua hauserit Continuator Prosp. quamquam neque apud Vignolium in libro pontificali neque apud Anastasium bibliothecarium aliosque indicium invenimus, tamen si ipsius Gregorii papae opera accuratius perspexerimus, nescio an cognituri simus. Saepius enim Gregorius in epistolis dicit petitione sua se suadente Theudelinda Agilulfum ad pacem confirmandam commovisse. Quibus epistolis et Pauli historia usi Benedictini in Gregorii vita tertia lib. II cap. VIII §. 3 haec referunt: „Paulo post admota moenibus urbis castra recessit Agilulfus. Pacem tunc factum suadente Theodelinda narrat Paulus Diaconus. Ad ejus consilia Gregorii preces accesserunt et munera, quibus populi libertatem vitamque redimere solebat, ut ipse describit verum statum Constantinae Augustae exponens: Viginti jam et septem annos ducimus, quod in hac urbe inter Langobardorum gladios vivimus ss.“

Constat igitur petivisse Gregorium ab Agilulfo pacem: illum autem huic occurrisse ad gradum basilicae beati Petri nusquam legimus nisi apud Continuatorem Prosp., qui aequalis Agilulfi, quum talia neque apud Gregorium neque apud Secundum Tridentinum legerit, certe ab uno eorum, qui cum Agilulfo ad Romae obsidionem pervenerant, comperit. Etenim, etiamsi falsa memoriae tradiderit Continuator, ipsum commentum esse non est, cur putemus. — Reliquum est in explicandis fontibus Continuatoris, ut de Asbado pauca addamus. Cujus victorias et triumphos narrans, quo fonte usus sit Continuator, ignoro. Nisi apud scriptorem aliquem, certe Ticini in basilica S. Nazarii versus se-

---

1) hist. Langob. lib. IV cap. 8.

2) Gregorii opera ed. Benedictini. Epistolarum lib. II 45, 46. V 21, 40.

pulcrales legit, qui meliores sunt, quam quos ipse fecisset. Atque hic quoque non video, cur commentum eos esse Continuatorem arbitremur: semper enim, quod ex Isidori collatione intellegitur, satis accurate auctores suos secutus est. — Expositis fontibus Continuatoris Prosperi quum eos, qui eorum hodie supersunt, Hieronymum, Prosperum, Isidorum, inveniamus aut accurate descriptos esse aut ita adhibitos, ut idem aliis sive pluribus sive paucioribus verbis referatur, eadem ratione Continuator putandus erit Anonymum quoque Ravennatem I et fontes historiae Langobardicae secutus esse.

II. Quanti momenti sit Continuator Prosp. a. 641 ad historiam accuratius explorandam.

Qui sint fontes Continuatori Prosp. vidimus: nunc libet exponere, quid afferat ad accuratiorem historiae scientiam. Quoniam autem neminem fugere potest, ea quae ex Hieronymo Prospero Isidoro sumpta sunt, non prodesse nisi ad eorum textum emendandum, res Langobardicas melius et accuratius traditas esse a Paulo Diacono, pauca, quae de pontificibus et imperatoribus referuntur, haud ita magna esse auctoritate, id unum superest accuratiore contemplatione dignum, quod ex Anonymo Rav. I cum locorum et temporum accurata indicatione memoriae proditum est de Germanicis populis in Italiam inrumpentibus et de ruina regni Romanorum. — Quaeritur igitur de restituendo, quantum fieri potest, amisso Anonymo Rav. I, id est de constituenda quinti saeculi historia. Etenim quum Anonymus Rav. I praestantissimus et accuratissimus omnium exeuntis Romanorum regni historiae fontium putandus sit, si denuo inveniri aut totus restitui posset, plenam haberemus hujus temporis historiam. Jam quum de ejusmodi restitutione desperandum sit, quicunque aliqua ratione Anonymo Rav. I usi sunt, chronicorum historiarumve scriptores adhibendi nobis sunt ad gravissimas res quinto saeculo gestas quam accuratissime constituendas. — Utuntur autem Anonymo Rav. I prae ceteris 1) Continuator Prosperi a. 641. 2) Chronographus a. 495. 3) Anonymus Valesianus. 4) Marcellinus Comes. 5) Cassiodorus. 6) Marius Aventicensis. — Haud ita magni momenti sunt: 7) Auctarium Prosperi. 8) Jordanes. 9) Paulus Diaconus. 10) Agnellus, qui aut pauca referunt, ut Auct. Prosp. et Agnellus aut non Anonymo Rav. I sed Jordanes Cassiodoro et Marcellino, Paulus Jordane utuntur fonte. — Quo modo ex his omnibus Anonymus Rav. I restitui possit, prae-

clare Waitzius l. l. docuit omnia ab illis ad annos 474—493 tradita componens. — Prius autem explorandum nobis est, num integer ad manus fuerit Continuatori Anonymus Rav. I. Ad quam quaestionem recte dijudicandam praecipue usui est textus annorum 475—480 ter et 481—489 bis scriptus. Merito enim quaerimus, quomodo fieri potuerit, ut res gestae eorundem annorum eaedem non iisdem verbis, ut de simplici librarii errore cogitari nequeat, bis terve narrentur. Videtur autem primus scriba id est auctor Continuationis ex codice Anonymi Rav. I hoc quidem loco detrito et lacunoso haec rettulisse imperfecta; quae excerpta quum alter librarius cum ipso Anonymo denuo conferret, ubi ea non satis accurate aut falso scripta esse reperiret, in margine alterum exemplum apposuit, quod tertius scriba una cum priore in textum recepit. Huic denique textui quartus librarius in margine annotationes aut ex eadem aut ex alia quadam Anonymi Rav. I recensione addidit. — Jam videamus, num textus primi et secundi scribae ejusmodi sit, ut recte conjecisse videamur. Atque primum quidem secundus scriba addit res anno 474 gestas, quas primus omiserat; deinde ex gestis annorum 475—490 exhibet, quae potiora sibi visa essent, certe ex primo textu non sumptas, nam ad annum 480 dicit Nepotem occisum esse VII k. Mai., neque X k. Jul., quod apud primum scribam legimus. Nam verum esse diem in secundo textu nominatum ex Chronographo a. 495 intellegitur, qui eundem numerum et mensem tradidit, sed pro kalendis posuit idus. Utrum autem legendum sit cum Continuatore VII k. Mai. an cum Chronographo VII id. Mai. dijudicari non potest; fortasse littera in Anonymo Rav. I ita detrita fuit, ut et k. et id. significare potuerit. Tertius autem textus annorum 475—480 superat reliquos duos et locis et diebus accurate significatis, atque etiam cum Chronographo a. 495 maxime consentit. Legitur enim in

3. Continuatore.	Chronographo.
474. Nepos — fugit in Dalmatias V k. Sept.	Et fugavit imperator Nepos ad Dalmatias V kal. Sept.
476. Paulus frater Orestis interiit in Pineta pridie k. Septemb.	Occisus est Paulus frater Ravenna in pineta prid. non Sept.

Sed in sermone quoque interest aliquid inter tertium scribam et primum secundumque. Primus enim et secundus atque etiam Chronographus a. 495 consulibus uniuscujusque anni nominatis praemissis

verbis Hoc consule sive His consulibus res gestas referre solent, ut fastorum speciem praebeant. Tertius autem scriba ut Anonymus Valesianus consulibus raro nominatis nec fere nisi in ipsa rerum enarratione incipientesque plerumque verbis: Anno sequente sive Eodem tempore scriptorem videntur secuti esse uno tenore narrantem neque fastos consulares. Ipsum autem Anonymum Rav. I res gestas composuisse ad ordinem fastorum, inde intellegitur, quod etiam Anonymus Valesianus annis 490 et 491 praescripsit consules sic: Fausto et Longino. His cons. et Olybrio v. c. cons. Hoc consule, similiterque Continuatoris Hauniensis scriba tertius consules habet licet post positos annorum 475, 478, 480, nec fere aliter fecit in anno quoque 406. — Anonymo Rav. I jam detritò et lacunoso usum esse ut Chronographum a. 495 ita etiam Continuatorem Hauniensem, sicut supra proposui, nunc colligitur maxime ex magna lacuna annorum 458—473, de quibus Chronographus perpauca refert et hiantia. Jam igitur rejecta opinatione Pallmanni ab anno demum 473 Chronographo relationes videri praesto fuisse accuratas et aequales, sic potius statuemus et Continuatorem et Chronographum recensione Anonymi Rav. I usos esse lacunosa atque, quum et locis et diebus paene ubique iisdem nominatis magna sit similitudo, mea quidem sententia eadem. Quod eo facilius fieri potuit, quia utrumque nisi Ravennae tamen in Gallia Cisalpina scripsisse constat.[1]) Quae quum ita sint, nemo mirabitur, quod unus Continuator Prosp. et Chronographus a. 495 bellum inter Odovakrem et Theodericum geri coeptum esse anno 490 neque 489 memoriae tradiderunt. Ex comparatione autem utriusque facile intellegitur eadem in compendium redegisse utrumque sed plenius alterum, alterum accuratius; ad confirmandos autem et corrigendos ambos Anonymus Valesianus meliore Anonymi Rav. I recensione[2]) usus multum valebit. Atque etiam Cassiodorus, quamquam pauca refert neque satis accurata, tamen, quum ad res quinto saeculo gestas aetate proxime accedat, minime nobis est neglegendus. Ceteri, quos supra diximus, scriptores haud ita magni momenti sunt. Sed si quis accuratius cognoscere cupit, quae ratio intercedat inter hos scriptores saepe lau-

---

1) conf. Bethmann Archiv X p. 318. — Mommsen Abh. der Kgl. Sächs. Ges. d. Wiss. II p. 656

2) conf. Mommsen Abh .der Kgl. Sächs. Ges. der Wiss. II

datos, conferat id quod Waitzius l. l. de hac re in parvo libello accurate disseruit atque praeclare.

Jam restat ut exponam, quae res singulis quinti saeculi annis auctoribus Continuatore aliisque gesta sint; sed enarrationem quidem historicam in aliud tempus reservans nunc tabulam chronologicam tantum dabo temporum et locorum, ut auctore mea quidem sententia Anonymo Rav. I videntur statuenda esse.

	400. Stilico et Aurelianus.[1])
X kal. Sept.	Gothi Alarico duce intra Italiam ruunt.
	402. Arcadius et Honorius Augg. V.
	Pugna apud Pollentiam facta est.
	405. Stilico II et Anthemius
	Radagaisus Italiam ingreditur.
	406. Arcadius Aug. VI et Petronius Probus.
X kal. Sept.	Radagaisus a Stilicone apud Florentiam urbem ante portas victus et captus est et ante portas civitatis capite truncatus.
prid. kal. Jan.	Vandali Galliam transito Rheno vastant.
	408. Bassus et Philippus.
	Romae in foro pacis terra mugitum dedit.
X (XI) kal. Sept.	Multi nobiles apud Ticinum interfecti sunt et apud Ravennam Stilico.
	411. Fl. Theodosius Aug. IIII
	Constantinus apud Arelatem urbem captus et in Italiam ductus in loco, ubi Mincia fluvius oritur, interficitur.
	413. p. c. Honor. VIIII et Theodos. V
	Jovini et Sebastiani capita Ravennam perlata sunt simulque frater eorum Sallustius necatus est.
	432. Aetius et Valerius.
	Pugna inter Aetium et Bonifatium in quinto de Arimino facta est.

1) Consules eos nomino, quos veros esse ostendit Rossi in inscript. christ. corpore.

451. Adelfius et Marcianus.

Pugnatum est in quinto miliario de Trecas loco nuncupato Maurica in Campania.

452. Fl. Bassus Herculanus et Sporachius.

Aquileja et Mediolanum ab Attila subvertuntur

453. Opilio et Vincomalus.

Thorismotus post mortem patris Alanos perdomuit.

454. Aetius et Studius.

XI kal. Oct. Aetius Romae inter palatii penetralia interfectus est.

455. Valentinianus VIII

XVII kal. Apr. Valentinianus imperator ab amicis Aetii Accilane et Trasilane occiditur.

XVI kal. Apr. Maximus sumit imperium.

prid. id. Jun. Maximus occiditur.

IIII non. Jul.? Gensericus Romam obtinuit.

VI (VII) id. Jul. Avitus in Gallia sumit imperium.

VII id Sept. Sabaria terrae motu eversa est.

XI kal. Oct. Avitus Italiam ingreditur.

456. Joannes et Varanes.

XV kal. Oct. Remistus patricius in palatio Classis occiditur.

XV (XVI) kal. Nov. Avitus imperator a Ricimere mag. mil. apud Placentiam victus et episcopus factus est, atque Messiam patricius in eodem proelio interfectus.

457. Constantinus et Rufus.

prid. kal. Mart. Ricimer patricius factus est et Majorianus magister militum.

kal. April. Majorianus imperator levatus est in miliario VI in campo ad Columellas. Eodem anno Theodericus rex Gothorum Suebos rege ipsorum Reciario interfecto ad infimum usque perdomuit. Gundiocus rex Burgundionum annuente Theoderico ac Gothis

Galliam ingreditur. Constantinopoli mortuo Marciano succedit Leo major consensu exercitus atque senatus.

	458. Leo et Majorianus.
	Majorianus in Africam movit procinctum. [Cassiod.
	461. Severinus et Gadalaiphus.
III non Aug.	Majorianus imperator depositus est a patricio Ricimere Dertonae. [Chronog. Cassiod. Marcell. Jord. Paulus.
VII id. Aug.	Majorianus occisus est ad fluvium Iram. [Chronog. Marcell. Marius. Jord. Paulus.
XIII kal. Dec.	Severus imperator levatus est. [Chronog. Cassiod. Marcell. Marius. Jord.
	464. Rusticus et Olybrius.
VIII id. Febr.	Occisus est Beorgor rex Alanorum Bergamo ad Pedemontis. [Chronog. Cassiod. Marcell. Jord. Paul.
	465. Herminericus et Basiliscus.
XVIII kal. Sept.	Defunctus est imperator Severus Romae in palatio. [Chronog. Cassiod. Marcell. Jord. Paulus.
	467. Puseus et Joannes.
prid. id. Apr.	Anthemius imperator levatus est [Chronog. Marcell. Jord. Paul. [Cassiod.: III ab urbe miliario in loco Brotontas.
	468. Anthemius Aug. II.
mense Aug.	Marcellinus in Sicilia occiditur. [Chronog. Cassiod. Marcell.
	469. Marcianus et Zeno.
	Arabundus imperium temptans jussu Anthemii exilio deportatur [Cassiod. conf. Sid. ep. I. 7.
	470. Severus et Jordanes.
	Romanus patricius affectans imperium capitaliter est punitus. [Cassiod. Paulus.

471. Probianus et Leo IIII

Constantinopoli Aspar cum Ardabure et Patriciolo filiis a Leone principe occiditur. [Cassiod. Marcell. Jord. Paul.

472. Festus et Marcianus.

Bellum civile gestum est Romae inter Anthemium imperatorem et Ricimerum patricium. [Chronog.

Olybrius Romae imperator levatur. [Chronog. Cassiod. Marcell.

V id. Jul. (VIII id Nov.) Anthemius imperatur occisus est. [Chronog. Cassiod. Marcell.

XV kal. Sept. Ricimer defunctus est. [Chronog. Cassiod.

Gundobadus patricius factus est ab Olybrio imperatore, [Chronog.

X kal. Nov. Olybrius Romae (septimo imperii mense) defunctus est. [Chronog. Cassiod. Marcell. Paulus. Jord.

473. p. c. Festi

III non Mart. Glycerius Gundibado hortante Ravennae sumit imperium [Chronog. Cassiod. Marcell. Jord. Marius. Paulus.

Leo nepotem suum Leonem consortem facit imperio. [Cassiod.

474. Leo junior.

XV kal. Febr. Leo major defunctus est. [Contin.

IIII kal. Febr. Zenon imperator levatus est. [Contin. Cassiod.

Glycerius depositus est de imperio in Portu urbis Romae et (Salonae) episcopus factus. [Contin. Chronog. Vales. Marius. Jord. Marcell. Auct. Prosp.

XIII (VIII) kal. Jul. Nepos in Portu urbis Romae imperii jura suscepit. [Contin. Chronog. Cassiod. Vales. Marius. Jord.

475. p. c. Leonis junioris.

Orestes Roma Ravennam profectus cum

	exercitu ipsum imperatorem Nepotem persequitur. [Chronog, Contin. Vales. Jord.
V kal. Sept.	Orestes cum navigiis in Dalmatias fugit ibique per quinquennium imperat. [Chronog. Contin. Vales. Cassiod. Jord. Marcell.
prid. kal. Nov.	Romulus Augustulus imperator levatus est a patricio Oreste patre suo Ravennae. [Chronog. Contin. Vales. Cassiod. Jord. Marcell. Paulus. Auct. Prosp.
	476. Basiliscus II et Armatus.
X kal. Sept.	Odovakar in Italia rex levatus est. [Chronog. Contin.
V kal. Sept.	Orestes patricius Placentiae occisus est. [Chronog. Contin.
prid. kal. (non) Sept.	Paulus frater Orestis occiditur apud Ravennam in Pineta. [Chronog. Contin.
	Augustulus in Lucullano Campaniae castello exilii poëna damnatur. [Vales. Jord. Marcell. Marius. Auct. Prosp. Paulus.
	477. p. c. Basilisci II et Armati.
V id. Jul.	Brachila comes ab Odovakre rege occiditur Ravennae. [Chronog. Contin. Jord. Marcell.
	478. Illus.
XIII kal. Dec.	Adarich cum matre et fratre ab Odovakre rege occiditur. [Contin.
	480. Basilius junior.
VII id. Mai.	Nepos Viatoris et Ovidae comitum insidiis haud longe a Salonis interficitur. [Chronog. Contin. Marcell.
	481. Placidus.
VII id. Oct.	Viator in Dalmatiis occisus est. [Chronog. Cassiod.
	482. Severinus et Trocondes.
V kal. (id.) Dec.	Ovida in Dalmatiis occisus est. [Chronog. Contin.
	486. Decius et Longinus.
V kal. Jan.	Eurico Gothorum regi mortuo succe-

dit penes Arelatem Alaricus filius. [Contin.

487. Boethius.

Fevva rex Rugorum adversus Odovakrem bellum movet.

XV kal. Jun. Pugnatum est inter Fevvam et Odovakrem in Norico supra Danubium.

XVII kal. Dec. Fevvam devictum sed vitae reservatum Odovakar vinctum secum in Italiam protrahit. [Chronog. Contin. Cassiod. Paulus.

488. Dynamius et Sifidius.

XV kal. Mai (IIII non. Apr.) Arsit Ravennae pons Apollinaris noctu in pascha. [Chronog. Agnell.

489. Probinus et Eusebius.

kal. April. Odovakar Tufam mag. mil. cum optimatibus suis Mediolanum ordinat. [Vales.

V kal. Sept. Pugna facta est inter Theodericum et Odovakrem apud flumen Isontium. [Chronog. Vales. Cassiod. Contin. Marius. Jord. Paulus.

Odovakar fugit Veronam. [Chronog. Contin. Vales.

V kal. Oct. Odovakar fixit fossatum in campo Veronensi. [Vales.

Theodericus sequitur ad Veronam. [Contin.

Pugna facta est in campo Veronensi. [Contin. Cassiod. Vales. Jord. Paulus.

prid. kal. Oct. Odovakar Ravennam fugit. [Vales. Contin.

Theodericus Verona Mediolanum pervenit. [Paulus.

Mediolani Tufa se tradidit Theoderico. [Vales.

Tufa se reddidit Odovakri Faventiae. [Vales. Paulus.

490. Faustus.

Odovakar Ravenna Mediolanum pervenit. [Contin. Vales. ? —

III id. Aug.	Pugna ad Adduam facta est, in qua Pierius comes occisus est. [Contin. Cassiod. Vales.
	Odovakar Ravennam redit. [Contin. Vales. Chronog.
	Theodericus Pado transito Odovakrem Pinetam secutus fixit fossatum et exercitum vallavit. [Contin. Cassiod. Vales. Jord.
	491. Olybrius.
	Odovakar clam noctu de Ravenna exit et ingreditur intra fossatum in Pineta (sive: ad pontem Candidiani); in proelio occiditur Livila magister militum (in fluvio Vejente?) [Chronog. Contin. Cassiod. Agnell. Vales. Jord.
(VI) id. Jul.	Odovakar se reclusit Ravennae. [Chronog. Vales.
(XI) XV kal. Sept.	Theodericus Ticinum regreditur. [Chronog. Contin.
	492. Anastasius et Rufus.
VII kal. Jun.	Terrae motus factus est noctu ante gallorum cantum. [Chronog. Agnell.
	Theodericus abiit Ariminum. [Agnell. Contin.
IIII kal. Sept.	Theodericus regressus Arimini venit cum dromonis navigio ad fossatum Palatioli (sive: in portu Leone). [Chronog. Contin. Agnell.
	Pugnatur inter Fridericum et Tufam inter Tridentum et Veronam, in qua pugna Tufa occiditur. [Chronog. Contin.
	493. Albinus et Eusebius.
V kal. Mart.	Odovakar filium Thelane Theoderico obsidem dat [Contin. Vales. Agnell.
IIII kal. Mart.	Theodericus Classem ingreditur. [Chronog. Contin.
III kal. Mart.	Pax facta est inter Theodericum et Odovakrem. [Chronog. Contin. Jord. Paulus.

III non. Mart.	Theodericus Ravennam ingreditur. [Chronog. Agnell. Vales. Contin.
	Paucis diebus post Odovakar occiditur cum commilitonibus suis in Palatio (sive: in Laureto). [Chronog. Agnell. Marius. Vales. Cassiod. Jord. Paulus.
	500. it. p. c. Paulini
IIII non. Mai.	Theodericus Romam ingressus Odomum comitem interficit. [Contin. Vales. Marius.
	514. Senator.
VII id. Jun.	Theodericus Mediolani Petiam comitem interficit. [Contin.

CONTINUATOR PROSPERI

ANNI 641

EX

CODICE HAVNIENSI.

455. Valentiniano VIII et Antemio.

His consulibus Ravenna arsit: mortem Aetii mors Valentiniani non longo post tempore consecuta est tam imprudenter non declinata, ut interfectores Aetii amicos armigerosque ejus sibimet consociarent, qui concepti facinoris oportunitatem dissimulanter aucupantes egressum extra portam principem et in campo Martio pro tribunali in Sexto ad duos lauros residentem et ludo gestationis intendentem veniente ex adverso Accilane Aetii bucillario simulque veniente Trasilane genero Aetii insperatis et inopinatis ictibus confoderunt[1]): Heraclio simul, ut erat proximus, interempto et nullo ex multitudine regia ad ultionem tanti sceleris accenso. Ut autem hoc parricidium perpetratum est, Maximus vir gemini consulatus et patriciae dignitatis alia die XIIII k. April. sumpsit imperium. Qui cum periclitanti rei publicae profuturus per omnia crederetur, non sero documento, quid animi haberet, probavit. si quidem interfectores Valentiniani non solum ut non plecteret, sed etiam in amicitiam reciperet uxoremque ejus Augustam amissionem viri lugere prohibitam intra paucos dies in conjugium suum coegeret. Sed hac incontinentia non diu potitus est. Nam post alterum mensem nuntiato ex Affrica Genserici adventu multisque nobilibus ac popularibus ex urbe fugientibus, cum ipse quoque data cunctis licentia abeundi trepide vellet abscedere, septuagesimo septimo adepti imperii die a famulis regis dilaniatus est, et membratim dejectus in Tiberim sepultura quoque caruit. Post hunc Maximi exitum confestim secuta est multis digna lacrimis Romana captivitas et urbem omni praesidio vacuam Gensericus optinuit IIII nonas Julias occurrente sibi extra portas sancto Leone episcopo, cujus supplicatio ita eum deo agente lenivit, ut, cum omnia potestati ipsius essent tradita sibi civitate, ab igni tamen et cede atque suppliciis abstineretur: per XIIII dies secura et libera scrutatione omnibus opibus suis Roma vacuata est

---

1) confossus est *Codex.*

multaque milia captivorum, prout quique aut aetate aut arte placuerunt, cum regina et filiabus suis[1]) Kartaginem abducta sunt.

Eodem anno cum pascha domini die XIIII k. Majas celebratum est pertinaci intentione Alexandrini episcopi, cui omnes orientales[2]) consentiendum putarunt. Quod sanctus papa Leo XV k. Majas potius observandum protestaretur, in quo nec in ratione pleni nec in primi mensis limite fuisset erratum. Extant autem ejusdem papae epistolae ad clementissimum principem Marcianum[3]) datae, quibus ratio unitatis solidae evidenterque patefacta est et quibus ecclesia catholica instrui pro quo haec persuasio studio unitatis et pacis tolerata sit potius quam probata, nunquam deinceps imitanda, ut quam attollit offensionem prodidit auctoritatem.

Huc usque historiam perduxit Prosper vir sanctus, licet aliqua[4]) nos ejus operi, quae ille omiserat ob cognitionem praeteritorum seculorum miscuerimus: abhinc nostrum[5]) utcunque potuit[6]) studium desudavit. At Gippidos Burgundionos intra Galliam diffusi repelluntur[7]). Post Maximi cedem Avitus[8]) in Galliis apud Arelas imperium sumpsit VII id. Jul. Italiamque cum praesumpti honoris collegis[9]) ingressus XI k. Oct.

456. Johanne et Varane.

Remîstus patricius in Classe peremptus interiit XV k. Oct. Imperator Avitus Placentiam cum sociorum robore ingressus, quem cum magna vi exercitus magister militum Recimer excepit. Commisso proelio Avitus cum magna suorum cede terga vertit, quem vitae reservatum Eusebius episcopus ex imperatore episcopum facit. Interfectus in eo proelio Missianus patricius Aviti XV k. Novemb.

457. Constantino et Rufo.

Theudoricus rex Gothorum Suevos proelio devicit interfecto rege ipsorum Reciario[10]) ad infimum usque perdomuit. Post cujus cedem Gundiocus rex Burgundionum cum gente et omni praesidio annuente sibi Theudorico ac Gothis intra Galliam ad habitandum ingressus societate et amicitia Gothorum functus. Eo anno Marcianus imperator Constantinopoli moritur, in cujus locum consensu exercitus atque senatus Leo major in eadem urbe imperator levatur.

---

1) ejus *C*¹. 2) orientales episcopi *C*¹. 3) astianū *C*. 4) aliqū *C*. 5) nr̄ *C*. 6) potuit *C*². 7) refelluntur *C*. 8) ac situs *C*¹. 9) collegiis *C*. 10) Reciarium *C*.

474.

E Leo junior imperium[1]) apud Constantinopolim consulatusque dignitatem sibi presenti anno decernens cum Augusti nomine vendicavit. Sub consulatu Leonis junioris Leo major defunctus est XV k. Febr. et levatus est imperator Zenon IIII k. Febr. — Romanorum XLVI regnavit Zenon anñ XVI. Glicerius de imperio dejectus a Nepote patricio in Portu[2]) urbis Romae episcopus ordinatur. Nepus patricius in Portu[3]) urbis Romae imperii jura suscepit XIII k. Jul.

475. pc. Leonis junioris Ag.

Nepote[4]) apud urbem residente[5]) Orestes patricius cum robore[6]) exercitus contra eum mittitur. Sed cum desperatae rei[7]) negotium resistendi sumere non auderet, ad Dalmatias navigiis fugit. Cum Nepus fugiens Italiam ac urbem reliquisset, Orestes primatum omnemque sibi vendicans dignitatem Augustulum filium suum apud Ravennam positus imperatorem facit, ipse vero omnem curam externorum praesidiorum gerit. Levatur Augustulus in imperio pridie k. Novemb. *Zenon Augustus Leonem filium suum interficere quaerens pro eo mater ejus alium similem figura optulit ipsumque clericum facit, qui in clericato positus usque ad tempus Justiniani vixit.*

pc. Leonis junioris.

Nepus cum ab Oreste patricio persequeretur, fugiens ad Dalmatias usque navigavit. Orestes vero patricius post fugam Nepotis Augustulum filium suum Ravennae imperatorem facit II k. Novemb. *Zenon Augustus Leonem filium suum interficere quaerens pro eo mater ejus alium figura similem optulit ipsumque Leonem occulte clericum facit, quique in clericatu usque ad Justinianum tempore vixit.*

Postquam dum sibi victorie decore prosperoque eventui pollere nequaquam causam caute usurpationis dicare lentius (?) praeveniente vanitatis stimulo[8]). sequentique anno post consulatu Leonis junioris Orestes patricius cum robore exercitus contra Nepotem Romam mittitur. Qui cum desperatae rei negotium resistendo sumere non auderet, ad Dalmatias[9]) navigans fugit V k. Septemb. Ibique per quinquennium recuperandae spei fiduciam promittens Dalmatis imperat.[10]) Post cujus fugam Orestes elatus quamquam sibi bonis (?) damnandae temeritatis augere non auderet, Augustulum filium suum penes Ravennam urbem imperatorem fecit pridie k. Novembris.

---

1) imperio C^1, in imperio C^2. 2) porta *C.* 3) portis *C.* 4) Nepotem C^1, Neputem C^2. 5) residentem *C.* 6) robor *C.* 7) desperata re?

8) quae scripta sunt hoc loco in codice, vix legi possunt.

9) adalmatias *C.* 10) imperare *C.*

476. Basilio et Armato. Gothi Eurico rege multas Galliae urbes vastant praecipuamque inter eas Arelas opibus exuunt et a Romana ditione suae ditioni subjugant. Intra Italiam Eruli, qui Romano juri suberant regem creant nomine Odoacrem X k. Sept. hominem et aetate et sapientia gravem et bellicis rebus instructum, qui Orestem patricium apud Placentiam residentem oppressit atque devicit, fratremque ejus nomine Paulum penes Ravennam positum interfecit. Undique rei publicae mala consurgentia: ab omnibus undique gentibus oppressi et provincias et dominationem amiserunt.	Basilisco II et Armato. Odoachar ab exercitu suo rex levatur X k. Sept. Orestes patricius Placentia et Paulus frater ejus Ravenna occiduntur.	Interque mala et inopinata rei publicae naufragia dum sese interius Romanae vires imp............ perimunt, externae gentes quae simulata amicitia Romano jure subderent, adversum eum consurgunt. Nam Heruli intra Italiam habitatores regem creant nomine Odoacrem, hominem et arte et sapientia gravem et bellicis rebus instructum, qui Orestem[1]) patricium apud Placentiam cum exercitu residentem oppressit atque dejecit. Cujus frater nomine Paulus apud Ravennam residens ab Odoacris exercitu oppressus interiit in Pineta pridie k. Septemb.
477. p̄c̄. Basilici et Armati. Odoachar virum nobilem suo regimini adversantem Brachilanem nomine interfecit.	pc.[2]) Basilisci et Armati His consulibus occisus est Brachila Ravenna a rege Odoachar.	Odocar Ravennam veniens anno sequenti post consulatus Basilicae et Armati Brachilanem, qui suo regimini adversabatur, punit.
478. Ello v̄. c̄. Adaric adversum Odoacrem rebellans devictus cum matre et fratre occiditur XIII k. Decemb.	Ello v̄c̄. c̄sule Hoc consule Adaric a rege Odoachar devictus occiditur XIII k. Decembr.	postque biennio subsequenti adversum se dimicantem virum nobilem Adarich nomine cum fratre et matre occidit Hello v. c. consule[3]) tercio decimo kl. Decemb.
479. Zenone Āg. c̄sule.	Zenone p̄p̄. Āg. c̄sule.	
480. Basilico juniore consule. Nepus imperator cum Dalmatis imperaret et sumpti honoris sceptrum firmare conaretur, a suis improvisis ictibus confossus interiit X k. Jul.	Basilio juniore v̄. c̄. c̄ons. Nepus imperator cum in Dalmatiis imperii sui sceptrum firmare conaretur, a suis occiditur VII k. Mai.	Imperator[4]) Nepos cum in Dalmatiis imperii sui sceptra firmare conaretur, a suis interficitur Basilisco juniore consule

1) orat frēm *C.* 2) ūc̄ *C.* 3) viro claruit c̄sul *C.* 4) c̄ tp̄r *C.*

481. Placidio v̄. c̄. c̄sule.

482. Severino juniore et Trecondite.

Odoachar rex in Dalmatiis proficiscitur, cui cum obsistere cum exercitu Ovida conaretur, ab Odoachre oppressus interiit Vid. Decemb. Odoachar devicto Ovida atque interfecto regnum late proeliis et ferro extendit.

483. Fausto v̄. c̄. c̄sule.

484. Venantio et Theudorico.

485. Symmacho jun. v̄. c̄. c̄sule.

Romanae ecclesiae post Simplicium ordinatur episcopus Felix, qui sedit ann̄. XVII menses XI dies XVII.

486. Decio et Longino.

Euricus rex Gothorum penes Arelas urbem, quam ipse caeperat, moritur locoque ejus Alaricus filius ejus confirmatur V k. Jan.

487. Boetio v̄. c̄. c̄sule.

Fevva rex Rugorum adversum regem Erulorum Odoachrem bellum movet. Collectis copiis ab utroque exercitu[1]) supra Danubium amnem pugna initur, multa utriusque exercitus cadaverum strages caede[2]) coacervata: sed cum jam ab utroque rege anceps victoria expectaretur, Fevva devictus tandem et vivus captus ac Odoachri oblatus, quem vitae re-

Placido v̄. c̄. et ^{c}sule.

Severino juniore et Trecondite.

Odoachar rex in Dalmatiis pugnans Ovidam caepit atque occidit.

Fauto v̄. c̄. c̄sule.

Venantio et Theudorico.

Simacho juniore v̄. c̄. cons̄.

Romanae ecclesiae post Simplicium ordinatur episcopus Felix, qui sedit ann̄. XVII menses XI dies XVII.

Decio et Longino.

Boetio v̄. c̄. c̄sul.

Euricus rex Gothorum moritur et rex pro eo Alaricus. His consulibus Odoachar rex Herulorum Fevvanem regem Rugorum proelio devictum supra Danubium caepit atque secum intra Italiam protrahit.

---

1) exercitus *C.* 2) cedes *C.*

servatum Odoachar in Italiam secum vinctum protrahit. Pugnatum est supra Danubium cum Fevva et Rugis XV k. Jan.

488. Dinamio et Sifidio.	Dinamio et Sifidio.
489. Probino et Eusebio.	Probino et Eusebio.

490. Fausto jun. v. c. cons.

Hoc consule Theudoricus rex Gothorum ingressus est fossatum ponte Sontis adversum Odoachar regem. Quem cum ingenti copia hostium munitum et insolentis animi cerneret, non posse eum vi superare timore perculsus aufugit ac se Veronensi oppido cum exercitu recedit. Quem cum rex Theudoricus fugisse se coram comperit expers bellicis rebus atque triumphalis gloriae capax animus, non metuendum fore hostes persequi, si semel devicti cesserint, et victoriam in propatulo habere acris ingenii animus intueretur, si eum ibi usque persequeretur, quod praesidium non virorum robore sed murorum munitione sese habere putaret, ad Veronam usque persecutus est. Quem cum Odoacher adventasse ad sui obsidionem cerneret, tedio victus collectis bellatorum copiis sese in campo Veronensi minore obvium objecit. Ubi cum magnae strages ab utroque exercitu fierent, dum unum desperatae rei necessitas cogeret, alterum ne ceptae victoriae [1]) gloriam fuga macularet, diu utrisque pugnantibus tandem victus Odoachar fugit, et Ravennam cum exercitu fugiens pervenit.

491. Olibrio juniore v. c. cons.

Odoachar rex ab Ravenna Mediolanum [2]) rediit atque contractis copiis cum Theudorico bellum init super fluvio Adda: sed [3]) ut rei desperatae magis adimi quam augeri vires solent, Odoachar terga vertens interfecto Pierio comite, qui bellicis rebus praeerat, Ravennam iterum aufugit. Post quem Theudoricus intra parvi temporis spacium Ravennam cum totius robore exercitus pervenit. Fossato et munitione late patente [4]) in Pineta exercitum vallavit. Quem cum securum intra fossatum sedere Odoachar conspiceret, clam noctu cum Erulis intra fossatum in Pineta erupit, ubi, cum diu pugnatum esset et utriusque exercitus magnae copiae cecidissent, interfecto Libilane magistro militiae intra Ravennam sese rex Odoachar reclusit. Theudoricus collectis exer-

1) gloriae *C.* 2) Mediolanium *C.* semper. 3) se *C.* 4) patentem *C.*

citibus nolens eum obpugnare, donec sese belli tempus aperiret, Ticinum rediit XV [1]) k. Septemb. Romanorum XLVIII regnavit Anastasius anñ XXVII.

492. Anastasio p. p. Āg. conš. et Rufo.

Intra Africam Trasemundus rex Vuandalorum catholicas aecclesias clausit et CXX episcopos exilio Sardiniam mittit. *Fulgentius quoque in confessione fidei et scientia floruit. Per idem tempus apud Kartaginem Olimpius quidam Arrianus in balneis sanctam trinitatem blasphemans igneis jaculo* [2]) *emittente, visibiliter est combustus. Barbus quoque quidam episcopus, dum contra regulam fidei quendam baptizans dixisset: baptizat te Barbus in nomine patris per filium in spiritu sancto, statim aqua, quae fuerat ad baptizandum deportata, nusquam comparuit, quod adspiciens, qui baptizandus erat, confestim ad catholicam ecclesiam abiit et juxta* [3]) *morem fidei baptismum Christi suscepit.*

493. Albino v. c. consule.

Rex Theudoricus Ariminum est regressus inusqe [4]) profectus cum dromonis [5]) navigio venit ad fossatum Palatioli IIII k. Sept. Eo anno pugna facta est inter Fridigerium et Tufanem magistros [6]) militum inter Tredenum et Veronam, sed cum utriusque partis multa milia hominum caderent, Tufa interfectus proelio finem dedit. Odoachar pacem ab Theudorico postulans accepit, qua non diu potitus est, deditque obsidem filium suum. Theudoricus cum pacem cum Odoachar fecisset, ingressus est Classem IIII k. Mart. ac deinde ingressus est Ravennam pacis specie Odoachrem interfecit cum collegas omnes, qui regni praesidio amministrabant.

494. Asterio et Praesidio.

495. Victore v. c. conš.

496. p. c. Viatoris v c. c̄sule.

Alaricus anñ XII regni sui ancones obtinuit

497. Iterum p. c. Viatoris v. c. c̄sule.

498. Paulino v. c. c̄sule.

Anñ XIIII Alarici Franci Burdigalam obtinuerunt et a potestate Gothorum in possessionem sui redegerunt capto Suatrio Gothorum duce.

---

1) V k. *C*[1]. 2) Isid. Hisp. chron. 113: tribus igneis jaculis angelo immittente. 3) justa *C*[1]. 4) inq̄; *C*. 5) dromones *C*. 6) magistro *C*.

499. p. c. Paulino v. c. c̄sule.
500. item tercio Paulino v. c. c̄sule.
501. Avieno v. c. c̄sule.
502. Avieno alio juniore v. c. c̄sule.

Defuncto Felice episcopo Romanae aecclesiae in loco ejus Gelasius ordinatur episcopus, qui sedit ann̄ IIII menses VIII dies XVIII.

503. Volusiano v. c. c̄sule.
504. Ceteo v. c. c̄sule.

His consulibus Theudoricus rex Romam ingressus occidit Odomum comitem IIII non. Mai.

505. Theudoro v. c. c̄sule.
506. Messala v. c. cons̄.
507. Venantio juniore v. c. c̄sule.

Post mortem Gelasii Romanae aecclesiae ordinatur episcopus Anastasius, qui sedit ann̄ I menses XI dies XXIIII.

508. alio Venantio v. c. c̄sul.
509. Importuno v. c. c̄sule.

Post mortem Anastasii Romanae aecclesiae ordinatur episcopus Simmachus, qui sedit ann̄ XV menses VII dies XVII.

510. Boetio jun. v. c. c̄sule.
511. Felice v. c. c̄sule.
512. p. c. Felice [1]) v. c. c̄sule.
513. Probo v. c. c̄sule.
514. Senatore v. c. c̄sule.

Theudoricus rex Mediolanum veniens Petiam comitem interfecit VII id. Jun.

515. Florentio v. c. c̄s.
516. Petro v. c. c̄s.
517. Agapito v. c. c̄s.
518. p. c. item Agapito v. c. c̄s.

Romanorum XLVIII regnavit Iustinus major ann̄ VIII.

In Africa *post Trasamundum Hildericus ex Valentiniani imperatoris* [2]) *captiva filia genitus Vuandalorum* [3]) *regnum suscepit, qui sacramento obstrictus, ne catholicis in regno suo consuleret, antequam regnum susciperet, episcopos ab exilio reverti jussit eisque aecclesias reformari praecepit.*

---

1) Felice om. *C*[1]. 2) imperio *C*[1]. 3) uuandat *C*.

519. Fl. Eutharico Celica v̄. c̄. c̄s.
520. Rustico v̄. c̄. cons̄.
522. Simmacho et Boetio.
523. Maximo v̄. c̄. cons̄.

Mortuo Theudorico rege Gothorum intra Italiam Iustinianus Asuadum magistrum miliciae Italiae praefecit, qui proelio superatos Gothos multos eorum duces cum exercitibus Alpes trajecit, urbesque Italiae plurimas praecipue Liguriae restauravit.

Igitur[1]) anno VI Justini majoris Romanae aecclesiae episcopo Simmacho defuncto in loco ejus ordinatur episcopus Hormista, qui sedit ann̄ XVIIII dies VII. Romanorum XLVIIII regnavit Iustinianus ann̄ XXXVIIII. Hujus anno secundo Asbadus, postquam Italiam [a][2]) feritate Gothicae gentis compescuit, moritur Ticino[3]) sepultusque in basilica beati Nazarii martiris his super sepulchrum versibus descriptis:

Si non mortalis sors inrevocabilis aevi
  Fletibus atque fides poneret ipsa modum,
Asbade majorum, quos virtus extulit, instar
  Fortibus exemplum corpore mente vires,
Continuata tuam lugerent secula mortem,
  Iusticiumque tibi publica res ageret,
Innumeris cujus micat illustrata triumphis,
  Quos dedit occasus, contulit aut oriens.
Rexisti fortes equitum peditumque catervas
  Iure magisterii nobilitate gradu.
Tu bello Gothias expulsis gentibus Alpes
  Dedisti Latio victor in imperium[4]).
Per te diversae destructis menibus urbes
  Gaudent ad priscum se remeasse decus.
Post te solamen superest lugentibus unum,
  Gloria quod tecum non tumulata jacet.

Persis adversus rempublicam dimicantibus Bilistarius patricius bellicis instructus rebus a Justiniano mittitur, qui ita eos armis edomuit, ut et reipublicae gloriam ad priscum statum reduceret et hosti terrorem linqueret. Qui etiam, postquam dejectis Persarum hostibus ad propria remeavisset, in Affricam missus Vuandalorum gentem cum rege,

---

1) gitur *C.* 2) a om. *C.* 3) Ticinio *C.* 4) imperio *C.*

ut superius diximus delevit. *Per idem tempus corpus sancti Antonii monachi divina revelatione repertum Alexandria perducitur et in ecclesia sancti Johannis baptistae humatur.* Romanae aecclesiae post decessum Hormistae ordinatur episcopus Johannes, qui sedit ann̄ II menses VIIII dies XVI, anno Justiniani XVIII. — Quo mortuo in loco ejus est suffectus Felix, qui sedit ann̄ IIII menses II dies XIIII. — Post quem Bonifacius, qui sedit ann̄ II dies XXVI. Post Bonifacium Johannes suscepit pontificatum, qui sedit ann̄ II menses IIII dies VI. Quo mortuo in locum ejus Agapitus ordinatur episcopus, qui sedit ann̄ XI dies XVIII.

Mortuo igitur Asbado Gothi Italiam denuo obtinent, contra quos Narses patricius a Justiniano mittitur, qui, cum multis proeliis Gothos cum rege Thothilane[1]) superavisset, Italiam Romano imperio reddidit urbesque dirutas restauravit, totiusque Italiae populos expulsis Gothis ad pristinum reducit[2]) gaudium. — Romanorum L regnavit Justinus minor ann̄ XI. Post Agapitum Romanae aecclesiae ordinatur episcopus Severus, qui sedit ann̄ I menses V dies XI. Quo mortuo in locum ejus Vigilius ordinatur episcopus, qui sedit ann̄ XVII menses VI dies XXVI. *Narses patricius* cum Italiam[3]) florentissime administraret et urbes atque moenia ad pristinum decorem per XII annos restauraret et populos suo jure atque prudentia foveret, *Sophiae Augustae Justini conjugis minis motus* et obprobriis ignavae feminae perturbatus Alboaenum[4]) regem Longobardorum cum omni exercitu suo *ab Pannoniis invitavit.* Qui cum Gebodorum regem Cunemundem, qui tunc apud Syrmium regnabat, cum quo tunc proelium ob praecedentium jurgiorum fomenta inierat, devicisset filiamque ejus sibi in matrimonio copulasset, collectis suorum hostium copiis cum omni gente Longobardorum Italiam intravit[5]). — Sed postquam per duos annos et menses X Longobardis quiete post proelia Italiae insedentibus jus regale rite administraret uxoris suae Rosemundae regis Conemundi filiae dolo apud Veronam interfectus est auxiliante sibi Elmigisilo, cum quo adulterari credebatur, quod postea manifestum est, dum eum sibi in loco mariti tam conjugio quam etiam [regno][6]) copulare conata est. Sed cum Longobardis nequaquam placere doli sui usurpatione sensit,

---

1) tothilane *C*¹. 2) cum reducit *C*². 3) Italiae *C*. 4) albaenum *C*¹. 5) ann. V Justiani Longobardi Italiam ingressi: *C* in margine. 6) regno om. *C*.

cum regio thesauro et marito Ravennam aufugit. Sed non longo inibi potiti praesidio vita caruere. — Itaque Alboeno mortuo Langobardis praefuit Cleppho anno I et VI mensibus. Quo mortuo per XII annos absque rege fuere Langobardi: tantummodo duces praeerant. Inter quos primus Zafan Ticinensium dux, qui Gallias aggredi conatus est et maximum robur Langobardorum super amnem Rodanum haut procul a loco Agaunensi vel martirum, quem praecipue Mauricii martiris virtus illustrat, cum dedecore fugiens[1]) amisit et cum paucis, qui ex fuga remanserant, Italiam repetit.

Gothi amissa Italia Ispanias possessione potiti fruuntur, quibus post Thothilanem regnabat *Leuvigildus, qui quasdam Ispaniae regiones sibi rebelles in potestate sui regni debellando atque superando redegit.* Romanorum LI regnavit Tiberius anñ VII. Romanae aecclesiae post Vigilii obitum ordinatur episcopus Pelagius, qui sedit anñ IIII menses V dies VIII. Post quem ordinatur episcopus Johannes, qui sedit anñ XII menses XI dies XXVII. — *Gothi per Ermenegildum Leuvigildi filium regis bifarie divisi mutua cede vastantur.* — Post Johannem Romanae aecclesiae pontificatum suscepit Benedictus, qui sedit anñ IIII mensem I dies XXVIII. Romanorum LII regnavit Mauricius anñ XI. *Suevi*, qui intra Italiae terminos habitabant, *a Leuigelde rege obtenti Gothis subjiciuntur.*

Langobardis intra Italiam post ducum principatum rursum rex praeficitur Autharich anñ VI menses VI, qui Longobardorum vires in Galliis fractas suo ingenio atque prudentia restauravit superatis Francis, qui intra Italiam diffusi populabantur, interfecto duce eorum Ollone apud Tiligonam castrum. Qui etiam amicitiam post cum Francis initam conjugem de Bajoariis abductam gloriosissimam Theudelindam reginam, quae non regali tantum jure quantum pietatis affectu Longobardorum gentem enutrivit, sibi matrimonio copulavit.

Gothi post Leuvigildum Reccaredum in regno constituunt. Quo ortodoxe pro aecclesiasticae fidei unitate intendente omnem gentem Gothorum ab Arriana impietate segregatam catholicae aecclesiae univit. — Defuncto Benedicto Romanae aecclesiae pontificatum suscepit Pelagius, qui sedit anñ X menses II dies X. — Avari adversus Romanos dimicant et sceleratissime rempublicam debellant, qui non proelio

1) fugiens om. C^1.

sed auro pelluntur et muneribus. — Post decessum Pelagii Gregorius ordinatur episcopus totius aecclesiae decus tam virtutibus et miraculis quam etiam scientia et doctrina pollens, qui, postquam per tredecim annos et sex mensibus ac diebus decem gloriosissime rexisset aecclesiam, caelo animam reddidit. Qui non solum Romanae aecclesiae sibi plebi commissae sed etiam gentibus profecit convertens Anglos ad fidem gentem extremo oceano positam.

Romani dum undique bella sustinent et gravibus proeliis reipublicae dampna multiplicari vident, dum foris hostes superare nequeunt, intra sese ad debellandum accenduntur. Nam collecti undique militares manipuli sibimet Focatem principem faciunt et contra Mauricium, qui eisdem aequo jure imperabat, consurgunt. Quem cum Focas cum multorum nobilium cede trucidasset, ipse mox imperii sceptrum suscepit. Qui qantum suis temporibus reipublicae intulerit, subter demonstravimus. Romanorum LIII regnavit Focas anñ VIII. — ***Prasini et Benethi per Orientem vel Egiptum civile bellum faciunt ac sese mutua cede prosternunt.*** Haec dum interius in republica aguntur, Persi adversum exterius eam excitantur, qui tam gravissime debellando accedunt, ut innumeras vicinas suo regno provincias ipsamque Egiptum ac Judeam a Romano jure subtraherent et sibi tributarias facerent.

Langobardis post Autherenem regnat Agilulfus qui et Ago anñ XXV. Agilulfus gloriosissimam Theudelindam reginam sibi matrimonio copulavit, Romanos contra se dimicantes devicit atque prostravit, urbesque multas, quae Romano praesidio tenebantur, Cremonam, Brixillam, Mantuam suricarias captas diruit ac solo aequavit. Postremum cum totius robore[1]) exercitus ad obsidionem urbis Romae perrexit; ibique cum beatum Gregorium, qui tunc egregie regebat aecclesiam, sibi ad gradus basilicae beati Petri apostolorum principis occurrentem reperisset, cujus precibus fractus et sapientia atque religionis gravitate tanti viri permotus ab urbis obsidione abscedit. Ea tamen, quae ceperat, tenuit ac sese regrediens Mediolanium recepit.

Post decessum beati Gregorii Romanae aecclesiae ordinatur episcopus Sauinianus, qui sedit anñ I menses V dies VIIII. Quo mortuo in locum ejus[2]) ordinatur episcopus Bonifacius, qui sedit menses VIIII dies XXII. Post cujus obitum item alius Bonifacius suscepit episcopatum, qui sedit anñ VI menses VIIII dies XIII.

---

1) robur *C.* 2) in locum ejus om. *C*¹

Romanorum LIIII regnavit Eraclius, qui nunc XXX imperii agit annum. Eraclius filium Eraclium Constantinum consortem regni facit. — Persi adversus rempublicam dimicantes ad Calcidonam usque pervenerunt. Alia vero ex parte Chunni murum longum inrumpentes et ad moenia accedentes cum Eraclio in muri arce adstante conloquuntur acceptoque ab eo pretio recedunt. Eraclius Eleutherium ad tuendam partem Italiae, quam nondum Langobardi occupaverant, mittit. — Defuncto Bonifacio Romanae aecclesiae pontifex efficitur[1]) Deusdedit, qui sedit anñ III dies XX. Eleutherius adversus Longobardos saepe inito bello vincitur; per Sunduaricum maxime Longobardorum ducem, qui apud Agilulfum bellicis rebus instructus erat, amiserat. Eleutherius et cum saepe suorum ruinam cerneret, pacem cum Longobardis facit, ea tamen conditione, ut quinque centenaria, quae dudum, cum ad obsidendam Romam Agilulfus rex venisset, per singulos annos dare Longobardis statuerant, persolverent Romani. — Eleutherius cum erga se Longobardorum gentem paccatam videret, imperii [sceptra][2]) conatur suscipere. Sed cum jam purpuram induisset atque coronam sibi dari poposceret, venerabilis viri Johannis interventu adhortatur, ut ad Romam pergeret, atque ibi, ubi imperii solium maneret, coronam sumeret. Quod consilium ratum judicans obaudivit. Sed temerae usurpationis audacia non diu potitus est. Nam cum a Ravenna profectus pergeret Romam, apud castrum Luciolis paucis jam suo itinere comitantibus a militibus interficitur. — Mortuo apud Mediolanum Agilulfo Adaluual filius ejus cum matre Theudelinda regni curam suscepit, regnavitque cum matre annis decem.

---

1) perficitur C^1. 2) sceptra om. *C*.

VITA.

Natus sum ego, Georgius Guilelmus Henricus Hille in Marchiae pago, cui est nomen Liepe, die XVII mensis Novembris a. MDCCCXLI patre Josepho Hille, praeceptore, matre Maria e gente Böhmer, quibus divini numinis gratia adhuc viventibus pio animo laetor. Fidei addictus sum evangelicae. Duodecim annorum traditus sum gymnasio Joachimico Berolinensi, quod tum directore ill. Meineke postea Kiessling florebat. Quorum et praeceptorum Täuber, Seyffert, Kirchhoff memoriam semper venerabor. Maturitatis testimonio a. MDCCCLXII vern. temp. instructus Berolini a V. Ill. Magnus, qui tum fasces tenebat academicos, universitatis Fridericae Guilelmae civibus adscriptus apud decanum spectatissimum philosophorum ordinis V. Ill. Dove nomen professus sum, ut studia susciperem philologica et historica. Per octo, quae in hac alma literarum sede degi, semestria audivi professores llustrissimos Boeckh, Droysen, Haupt, Hübner, Jaffé, Kiepert, Mommsen, Muellenhoff, Trendelenburg atque frequentavi exercitationes diplomaticas Philippi Jaffé antiquarias Mommseni historicas Droyseni. Quibus viris omnibus optime de me meritis gratias ago imprimis vero Droyseno et Mommseno et Philippo Jaffé, quorum comitas atque consilium nunquam mihi defuerunt.

SENTENTIAE CONTROVERSAE.

1) In Plauti Pseud. v. 808 legendum videtur:

„Illí drachmis eûnt míseri: me nemó potest
Minóris quisquam númmo ut surgam súbigere.“

pro librorum: „Illi drachmis sent“.

2) A. Gabinius praetor videtur fuisse a. u. 693.

3) In historia quinti saeculi exploranda magno cum damno inscriptiones adhuc neglectae sunt.

4) Scribenda videtur historia cum ira et studio.

5) Pugna apud Pollentiam inter Stiliconem et Alaricum anno 402 facta est.